

**GRYPHVS cum SAGITTA**

Inter concursus maximorum Poloniae  
& Lituaniae siderum

**ILLVSTRISSIMIS NEO-**  
**S P O N S I S**

Illustrissimo D. D. **STEPHANO NI-**  
**COLAO** in Branice, Tyczyn,  
& Tykocin Comiti, Domino  
in Ratno & Rusca

**BRANICKI**

Archidapifero Regni, Branicensi,  
Bielscensi, Krośnensi, Ratinensi  
&c. &c. Capitaneo

ET Illustrissimæ Dnæ. Dominae

**CATHARINÆ**

**SAPIEZANKA**

Illustrissimi ac Excellentissimi D. Dñi.

**CASIMIRI IOANNIS**

**SAPIEHA**

Palatini Vln: supremi Ducis Exer-  
cituum M. D. L. Filiae,

**GLORIAM & FAVSTITATEM** Portendens.

Nec non Illustrissimo Eorundem Hymenæo

Inter publicos Poloni & Lituani Orbis applausus

A Collegio & Alma Vniversitate Vlnensi Societatis IESV.

Per M. D. CONSTANTINVM FELICIANVM SZENIAWSKI Acade. Vln.

1687  
70  
12

IL LVSTRISSIMIS NEO.SPONSIS



*Omen Glorie ex Grypho cum Sagitta.*

Gloria SAPIENTIS volitet super Astra SAGITTIS;  
GRYPHVS cūi pennas conulit ipse suas.

*Omen Faustitatis ex Grypho cum Sagitta.*

Ergo prehende sacram Fortunæ GRYPHE Sagittam:  
Hæc, si quæ veniant Fata; ferire potes.

95333



PRÆSENTATIO  
 GRYPHI CVM SAGITTA  
 Illustrissimo Hymenæo  
 BRANICCIANO  
 ET  
 SAPIEHANO.



*Currat in obsequia vestra expeditus,  
 Academicus Eques noster; Maxima Mi-  
 nime Societatis IESV vota Honori, &  
 Auspicatissimo Hymenæo Vestro delaturus.*  
 NEO-SPONSI ILLUSTRISSIMI.

*Nempe Bellerephon hic noster, venerationis & ob-  
 sequij nostri vector, non alio poterat procurrere fe-  
 licius, præterquam eò, quò totius Poloniæ, & Li-  
 tuaniæ decora, publico gloriæ Vestræ concursu festi-  
 nant feliciter; nec alibi comparere tutius, præter-  
 quam in luce Illustrissimi Nominis Vestri. Defert er-  
 go, Vestroq; fortunatissimo Hymenæo præsentat omne  
 illud; quodcunq; Vobis, adeoq; Polono, & Litvano  
 Orbi, nouerat esse pretiosissimum. GRYPHVM vi-  
 delicet & SAGITTAM. Gryphum quidem, maxi-  
 morum Sarmatici celi Numinum feracem: BRA-  
 NICCIORVM, CZARNIECCIORVM, LE-  
 SZCZYNIORVM, TENCZYNIORVM, LV-  
 BOMIRSCIORVM, TARŁONVM. ceterorūq;  
 Illustrissimorum Lechiæ Luminarium. SAGITTAM  
 verò Immortalibus consignatam Lituaniæ Nomi-  
 nis: SAPIEHANIS, HLEBOWICIANIS*

**RADIWILIANIS, CHODKIEWICIANIS, PO-**  
**ŁUBINIANIS, SANGVSCIANIS,** alijsq; eter-  
 nitate dignissimis. Quid quid sub sole Lechico in suis  
 ijsq; maximis planetis Polona ales lucis, aut decoris  
 spectare unquam poterat; totum id pulcherrimo quo-  
 dam splendoris effluvio, non iam lactea, at purpurea  
 sanguinis via ad **GRYPHVM BRANICCIA-**  
**NVM** confluxisse intuetur: Quid quid Lituanicus  
 Eques, inter amplissimas gloriæ adoveas, immortali-  
 tate dignissimum reperire poterat; totum id, non se-  
 pie atrove, at Illustr: Sanguine, **SAPIEHANÆ**  
**SAGITTÆ** inscripsit, seculis omnibus perlegen-  
 dum. **GRYPHVM** esse; satis est ad Gloriam; **SA-**  
**GITTAM** esse; satis est ad Immortalitatem; **GRY-**  
**PHVM** simul cum **SAGITTA** esse; satis ad Glori-  
 am immortalem, & Faustitatem. Hunc ergo Immor-  
 talis Gloriæ, & Faustitatis Vestre obsidem, Nominis  
 Vestri observantissima Academia Viln: mecū Auspica-  
 tissimo Vestro Hymeneo presentat, & dedicat; rata  
 tum se votorum suorum, quæ coram Illustrissimis Ve-  
 stris conspectibus effundit, fore compotem; postquam  
 quod illa precatur, Gloriæ Fortunisq; Vestris; pro-  
 na superum manus subscripserit.

Illustrissimarum Dominationum Vestrarum  
 observantissimus Cliens  
**CONSTANTINUS FELICIANVS SZENIAWSK**





# GRYPHVS cū SAGITta



Ajestatem splendoris, sæculis terrisq; omnibus adorandam, nunc demum etiam ipsis cælis venerabilem proposuisti; quando inter tot maximorum Poloniæ & Litvaniæ Planetarum, concursus novum vetustissimæ gloriæ in Polono & Lituano cælo spectaculum de Te ipso exhibuisti. Illustrissime Neo-sponse. Implevisti pridem perspicacem Sarmaticæ Aquilæ pupillam, & amplissimum Equitis Litvani pectus, antiquissima Illustrissimarum Familiarum luce; nunc jam, cui in terris implendum superest nihil, maximum illum totius uniuersitatis oculum solem & lunam imples, novâ tantorum luminum coniunctione. Magnus est GRYPHIBRANICCIANI, magnus SAPIEHANÆ SAGITTÆ splendor; maximo majorem fieri est necesse, postquã vterq; in vnum gloriæ phænomenon coiverit, concurrentibus hinc inde, Lechiæ & Litvaniæ, primæ magnitudinis fideribus: HLEBOVICIIS, CZARNIECCIIS LESZCZYNIIS, RADIVILIIIS, POLVBINIIS, CHOTKIEVICIIS, TARŁONIBVS, SANGVSCIIS, & innumeris alijs: quis enim astra numerare præsumat? nec faciliè in computum veniant Herodès extra communem mortalium numerum repositi. Publicus hic Astrorum concursus, publicum quoq; exigit oculum: neq; enim maximos fulgores terrena pupilla impunè haurire potest; quin ipsa exhauriatur. Erige ergo temet supra te ipsum maior minorq; cælorum oculo, sol & Luna; ut intra plenitudinem splendoris GRYPHICUM SAGITTA, capacitâ tuâ maiorem, totus demergaris. Quem enim tam rarum gloriæ & lucis theatrum non totum occupet? nisi fortè eum oculum

*Maxi  
me que  
Fami  
lia Il  
lustris  
mis Br  
nicciis,  
& Sa  
piehis  
coniun  
cta.*

*Origo  
stematici  
Branic-  
iani à  
Iaxa  
filio Le-  
sci n.  
Polonia-  
rum Mo-  
narchæ.  
Anno  
999. Pa-  
trici.*

*Iaxa Le-  
sci Fili-  
us forte  
diviso-  
nis Ser-  
biæ ac-  
ceperat.  
Miecho:  
l. i.*

*Nullus  
est in Li-  
tuania  
Palati-  
natus,  
quem Sa-  
pienter  
gess-  
erint.*

culum, qui domestico fumo vitiatum, ne quidem Diogenis face accensam Homines virtute, & immortalitate clarissimos videre potest; quin invidet. Semper quippe vti magnæ fortunæ, ita magni splendoris comes est Invidia. Te ego hic volo spectatorem; si ne quo ne centoculi Argi fatis sibi constant ad spectandum. Spectasti tu GRYPHVM septingentis annis in regali Lesci III. nido progenitum, in IAXA Lesci filio solidis Fortunæ & Martis bolis enutritum, cui cum domesticus Aquilæ nidus angustus, nec provectoris Fortunæ capax videretur; in Serbiam usq; gloriæ domicilium extendit: ut cum facinoribus heroicis, & facinorum indice stemmate, Leonem indueret; Regii solis spectatricem Aquilam non exueret; pulchro fœdere animantium regi, reginâ volucrum sociatâ: ut tanta luminum societas nil nisi regium, nil nisi serenum parere iudicaretur. Quantus hic est GRYPHI splendor, ex ipso Regalis sanguinis effluvio, veriùs quam Phæbi exortus ex Oceano, ad Nominis serenitatem procedens. Verum hanc tu GRYPHI maiestatem, tot ac tantis lustris iustrasti: & centies septeno annorû lapsu pronus adorasti. Spectasti quoq; SAGITTAM per omnes honorum cursus, per omnem Palatinatum Lituorum amplitudinem, per omnes totius Sarmatiæ passus sanguinis & virtutis impetu delatam: cui nec Herculeas columnas tutè aliquis in metam assignauerit: PLVS ULTRA illa gloriæ tractu progressa, non nisi eum sibi præfixit terminum; quem totius Immortalitatis circulus exambit. Quanta est SAGITTÆ lux omnium Lituaniæ dignitatum confluxu aucta & intensa? Ast nec hanc primùm aspicias; sine quo spectabile nihil vidit Lituania; quod non hæc SAGITTA decurrerit; & cui antiquissima hæc Honorum portatrix, suo accursu splendorem tantum non intulerit, quanto maior Lituaniæ ne per totum quidem Lituani Bellerephontem in ferri potest. Spectasti ergo GRYPHVM; spectasti & SAGITTAM: sed in sua utrumq; sidus statione.

vidisti

Vidisti GRYPHVM sed absq; SAGITTA; vidisti SA-  
 GITTAM sed absq; GRYPHO BRANICCIANO: adeò;  
 ut quibus gloriæ & virtutis deesse nihil poterat;  
 GRYPHO quidem sola SAGITTA ad mensuram im-  
 mortalitatis; SAGITTÆ vero solus GRYPHVS ad  
 occupandam ipsam immortalitatem deesse videretur.  
 Nunc ergo jam GRYPHVM SAGITTIFERVM pleno  
 lucis intuitu speculari: facile intelliges, quantum sit  
 in utroq; gloriæ spectaculum; si in singulis tam ra-  
 diosum est luminis receptaculum: si in singulis vastis-  
 simum quendam lucis Oceanum suspexisti; quid in  
 utroq; suspicies? illam nempe amplitudine omni am-  
 pliorem splendoris plenitudinem, quam orbis colet,  
 Posteritas mirabitur, Publica Felicitas adorabit. GRYPHVM SAGITTIFERVM esse hoc demum est, colle-  
 ctos tot sæculis BRANICCIORVM & SAPIEHARVM  
 splendores, in securo reposuisse; hoc demum est tot  
 Illustrissimis Honorum monumentis, contra tempo-  
 rum injuriam satis firmum monumentum prouidisse.  
 GRYPHVS SAGITTIFER est grande illud ac laborio-  
 sum gloriæ negotium: quod laudum artifex Virtus  
 præconcepit, Familiarum Antiquitas tanto venusti-  
 or quanto vetustior efformavit, auspiciatissimus Hyme-  
 næus ingentibus totius BRANICCIANI & SAPIE-  
 HANI Honoris impensis perfecit & elaboravit; ætas  
 nostra è publico totius Poloniæ & Lituaniæ voto  
 spectabit & demirabitur: Prodigio par ostentum est;  
 quando tot sæculis ostentati, vnâ præsentantur deco-  
 res. GRYPHVS SAGITTIFER, peruigil est ille aureæ  
 ætatis custos; non jam contra Arimaspos, sed con-  
 tra omnem fortunæ insultum, pro pretiosissima BRA-  
 NICCIORŪ & SAPIEHARVM vita æternitate tota dimi-  
 caturus. Quid namq; illis pretiosius? qui non sui tan-  
 tum Honoris & Virtutis, pretio; at publicâ totius pa-  
 triæ salute æstimantur. Magni Heròes, sunt magnæ  
 illæ mentes, quibus uniuersum Reip: corpus anima-  
 tur: deficientibus illis etiam totum Patriæ corpus

*Gryphos  
 aurum  
 custodire  
 & pro eo  
 assiduo  
 contra  
 Arima-  
 spos popu-  
 los dimi-  
 care tra-  
 dit Pli-  
 nis. l.  
 7. c. 20*

*Arima-  
spi popu-  
li unum  
tantum  
in media  
fronte o-  
culum  
habent-  
Plin:*

deficere & langvere necessum est. Monoculos testa-  
tur Plinius Arimaspos populos; exoculata penitus  
Fortuna est; nec ad lucem Familiarum respicit: imò  
nisi arceatur, in omnem splendorem cæco impetu  
involat. Et verò magnæ virtutis est, irruenti Fortu-  
næ non cedere; sed maximæ, instantem continuo  
meritorum conflictu superare. **GRYPHVS SAGIT-  
TIFER**, est ille sacratior Apollo; non draconem ali-  
quem; sed pestem illam generis humani, vnumquë-  
que afflatu mortalitatis interficientem, magnorum no-  
minum, & magnarum voracem Familiarum terminum,  
exterminaturus. Nomen suum maximæ æternitati ini-  
tiavit; quisquis magnorum nominum terminum exter-  
minavit. **GRYPHVS SAGITTIFER** est cælestis ille  
**SAGITTARIVS**, in cor gloriæ, ubi virtutis centrum  
nouit esse constitutum, omnium meritorum iactum  
collimaturus. Non aliter perennitatis punctum tan-  
gitur; quàm perpetuo meritorum impulsu: nec ali-  
ud hic præclare actorum bravium proponitur; quàm e-  
gisse præclare: & præmium ipsum, est præmia me-  
ruisse. Intulerit fabulosa antiquitas cælis Aquilam,  
eò quòd pro Iove contra Gygantes Fulmina mini-  
stravit; an non veriùs Polonum, Lituanumq; cælum  
occupet **GRYPHVS BRANICCIANVS**, qui præter Le-  
onis fortitudinem, & Aquilæ generositatem, pro ful-  
mine, **SAGITTAM** assumpsit **SAPIEHANAM**? Non mi-  
norem stragem Fato & Oblivioni illaturus; quàm Iu-  
piter Gygantibus. Est & suus duplici huic gloriæ  
hosti Gygantæus ausus: subruit præcellsa, elevat ima,  
vitiat integra, confundit fortia, viros æternitate di-  
gnissimos suismet sepelit ruderibus; per eorum capi-  
ta altius ad vim ipsi mystico Rerumpublicarum cæ-  
lo inferendam progressurus: quod, si non plene ex-  
pugnare; at saltem vetustate vallare, & inclyta ejus  
sidera vivæ mortalium memoriæ surripere adlabo-  
rat. Ita quidquid virtus gloriæ architecta constru-  
it; fatalis quædam temporum vetustas destruit: quid-

quid



quid gloria Familiarum parens progenerat; tempus  
edax rerum totum id absumit, novos Orbi Saturnos  
daturum, nisi duriores subinde bolos experiretur; qui nō  
tempori tantum, at ipsi Inuidiæ frangendis dentibus  
objicerentur. O quot iam clarissimæ Domus, vetustatis  
mole depressæ, inquilinos Honores vnà secum con-  
tumularunt? illis tumulus factæ, per quos in lucem  
prodiere. O quot immortalia Heroum Nomina fata-  
li quodam impetu, veluti Illustrissima sidera, Polono &  
Litvano cælo depulsa; inter perennes Libitinæ &  
Obluionis tenebras, extincta sunt? Nil vtiq; tam su-  
blime est, quò non noverca Fortunæ Infelicitas elu-  
ctetur. At sentiet iam, quid sit maximos Magnatum  
titulos aggredi, postquam pro suo cælo GRYPHVM  
SAGITTIFERVM belligerare aduerterit. Non aude-  
debit in Gloriæ provinciam involare; postquam tan-  
tum eiusdem Gloriæ Excubitorem considerauerit: cu-  
ius dignitas è Regio fonte per laxicianos alveos, in  
nominalem STEPHANI BRANICCHII coronam deflua;  
vt à Coronâ dimanans, in coronam vtiq; rediret: cu-  
ius Nomen immortalibus fastis vel ipso SAPIEN-  
TIAE TELA impressum: vt quod veluti Amphirai iacu-  
lum lavreatæ Immortalitati inscriptum erat; etiam  
sibi ipsam Immortalitatem inscriberet: cuius ausus  
Aquilinus: cuius fortitudo Leonina: cuius pectus  
Gryphinum: cuius splendor tot maiorum Lumina-  
rium confluxu per omnem ætatem, per omniū oculos &  
animos circumfusus. Quæ huic temporum vis op-  
poni queat? qui tempora omnia in sui Nominis ob-  
sequium pertraxit, & mancipavit. Nescit tempori ser-  
vire; quisquis immortale Nomen tempori surreptum,  
Dominatrici animorum Gloriæ desponsavit.



B

GRY

# GRYPHI GLORIA

Refleſte ad ſolum GRYPHVM Phæbe oculos;  
Ne pluribus intentus minor ſias  
Adſpectanda ſingula GRYPHI SAGITTIFERI decora.  
Habet ille non modò SAGITTÆ; at & lucis iacula,  
Quibus oculos feriat aſpectantium.  
Radioſa lucis ſpicula vulnus inferunt ſine vulnere;  
Non viam aperiendo ſanguini, ut effluat;  
Sed viam præcludendo lumini, ne inſluat.  
Solum ergo GRYPHVM ſpectare libet:  
Quamquam nunquam ſolus eſt,  
Quem millenæ virtutes ſtipant.  
Nec ſi ſolus ſit, minus periculum intendit:  
Cuius lux intenſa tantum valet in vno;  
Quantum per multos alios diſfuſa.  
Non nos in illam reſpicere præſumeremus;  
Niſi inter umbras Literarum.  
Solis æmula eſt Magnatum Lux,  
Tutè videri non poteſt,  
Si non pluviæ atramenti nubes acceſſerint.  
Tuo te ſplendore illuſtramus,  
ILLVSTRISSIME NEO-SPONſE,  
Qui te talem calamo adumbramus in charta;  
Qualem INDOLES TVA delineavit in mentis Tuæ ta-  
(bula,

Virtus expreſſit in factis & factis,  
GLORIA illuminavit in colore ſanguinis.  
Candidus quidem Tuus GRYPHVS eſt, ſed in cam-  
(po rubeo;  
Tum ob candorem erga Patriam,  
Tum ob Purpuræ ruborem,  
CANDIDVS & RVBICVNDVS:  
In Purpura natus, ad Purpuras candidatus.  
A Rege Leſconè primam ſanguinis hæreditatem naſctus  
Secundam in Serbia obtinuit,

*Symbola  
ſeu Gry-  
phus eſt  
coloris  
albi in  
campo  
rubro.*

*Origo  
ſematis*

Vt haberet quod per laxieios diffunderet in BRANIC-  
( CIOS.

*à Iano  
Filio  
Lesconis  
tertii.  
Okolski  
tomor.*

Non errabit, quisquis BRANICCIOS ab ACCIPIENDO  
Polono vocabulo appellaverit;

Ab accipiendo videlicet sanguine Regali.

Non postrema nominis prærogativa est

A Regibus accepisse originem.

Ita planè alij fiunt; alij nascuntur Magni.

Magni fiunt magnis honoribus,

Magni nascuntur maximis natalibus.

TVVS GRYPHVS, & factus, & natus Magnus:

Quem Polonia peperit vt Aquilam:

Serbia fecit vt Leonem:

Sanguis Regius Purpuravit vt Principem.

Maioribus titulis auctorari non indiget;

Qui à REGIBVS FORTVNA,

Ab AQVILIS SVBLIMITATE,

A LEONIBVS FORTITVDINE

TER MAXIMVS dici, & esse meruit.

Quemcunq; in animantibus titulum Regalem compe-  
( rimus;

*Tava Le  
sci xii.  
Filius  
( à quo  
stematis  
origo )  
forte di-  
visionis  
accepe-  
rat Ser-  
biam.  
Crœcus  
lib. 2.*

Omnem in BRANICCIANO GRYPHO reperiemus

Et duo quidem in naturam GRYPHI abiere;

Tertius vt à Fortuna erat creditus;

Sic Fortunæ redditus.

Terrarum namq; dominia angusta sunt angustis animis;

Nec omnia omnibus, nec singula singulis sufficiunt.

Nihilominus Magnatum Nomina, terrarum quædam

( Numina,

In hoc vicaria Ter MAXIMI Dei vices implent,

Quòd omnem exhauriant Magnitudinem.

Nec; tamen ita fiunt magni;

Vt non cæteros simul efficiant Maximos.

GRYPHVS Tuus magnarum alarum,

Non ita in Serbiam magnitudinem suam detulerat;

Vt non eam in Poloniam referret.

Redijt ergo in Poloniam;

*Grypho  
est medi-  
us Aquæ  
la; medi-  
us Leo.*

Verius dicam, Polo propius advolavit.

BRANICCIANVS GRYPHVS

Secumq; omnem gloriæ amplitudinem deportavit.

Collocavit nidum non in fastigio tantum montis Va-

*Gryphes*

(vellani;

*aureos*

*montes*

*incolunt,*

*vidosq;*

*ex auro*

*constru-*

*unt. Ac*

*lianus.*

At per sublimes quosq; vicinæ Polo Poloniæ vertices:

Quem ex aurea libertate, & aureis moribus construxit,

Perennitate æstimatos honores pro BRANICCIIS,

(exclusurus.

Aureos montes incolunt, auroq; gaudent Gryphes;

Etiam BRANICCIANVS GRYPHVS auream elegit

(viam,

*Stema*

*Palati-*

*natus*

*Cracovi-*

*ensis est*

*Aquila*

*habens*

*per alas*

*protensâ*

*auream*

*lineam.*

Per alas Cracoviensis Aquilæ protensam.

Hâc viâ Palatini honores processere;

In aureum BRANICCIORVM pectus,

Omne gloriæ pretium deportaturi.

PECTVS BRANICCIANVM NIDVS EST HONORVM,

Auream fovens libertatem,

Aureos gignens mores,

Aureos Honores concludens.

Hinc prodiit ille SVLISLAVS vir Sui Nominis,

Et non suæ tantum, at totius BRANICCIANÆ laudis.

Nec alienæ egens Fortunæ, nec tenax suæ.

In omnes aureus, quia in omnes liberalis.

Non disceptent à modo Chimici; num aurum arte fiat?

Aurum fit etiam, ex ære vel argento

Tanti pretij, quanti cælum & DEUS.

Hinc in sublime gloriæ provolavit CLEMENS:

etiam in clementissimos Reges Clementissimus.

Puduit illum incolere palatia Cracoviæ,

Dum carcerem CONRADI incolebat BOLES LAVS PV-

DICVS:

*Clemens*

*Palati-*

*us Cra-*

*coviensis,*

*miles*

*strenuus*

*qui Bole-*

*slav Pn-*

*dicum Re-*

*ge Polo-*

*nia, è cas-*

*ptiuita-*

*te Com-*

*raam*

Ostendit se verè esse GRYPHVM:

Hoc est Aquilam & Leonem.

Vt Aquila, non est passus nubibus carceris obtegi

LECHICI SOLII SOLEM:

Quin eas volucris nisu diffingeret:

Et

Et Regale Iubar in suam serenitatem reduceret,  
Post nubila serenius.

*Mazov  
vie Du  
cē libe-  
rauit: e-*

Sic nempe CALAMITATVM ACCESSV INTENDITVR  
REGVM SERENITAS

*iufq; &  
quatuor  
Princi-*

TANTO AVGVSTIOR, QVANTO ANGVSTIOR.

*pū Con-  
rado fa-  
uentium  
copias in*

Dubium erat tum; quis esset Palatinus?

Num BOLESLAVS REX palabundus?

An CLEMENS palantem, Regijs restituens palatijs?

Egit & Leonem contra quatuor Dracones;

BOLESLAVM, eiusq; thronum glutire volentes.

*campo  
SVCHO  
dol fudit*

Tam famelica est plerumq; Principum orexis;

*Ex Li-  
teris Bo-  
leslaj.*

Vt integra regna, & Reges abligurire velit;

Veluti vnicum gloriæ bolum:

*an. 1252.*

Tametsi huic bolo proprij sanguinis condimentum adhi-  
bendum sit,

Gloriæ fames sola morte satiatur.

Debes CONRADE in acceptis CLEMENTI

Quòd fami tuæ, mortes tuorum in satietatem dederit.

Et ne quid ad liberale Parcarum convivium deesset;

Liberalem sanguinis haustum propinavit,

In Campo SVCHODOL dicto.

Si nomen id integrum adhuc habetur;

Cuius ariditas in sanguine naufragium est passa.

Ita CLEMENS, hîc severus,

Clementiam exuit, nè Clementissimi Regum exueren-  
tur suâ.

Gloriare Cracovia olim Draconis cubile?

*Idē Crac  
coviâ à  
Tarta-  
ris libe-*

Habuisse te Leonem, non contra te in prædam pro-  
volantem

Sed pro te Tauricanarum ferarum gregem involantē.

Noscant Tartarici lupi GRYPHVM esse simul Le-  
onem:

*Crævus  
lib: 9.*

Ac proinde minorum ferarum Regem.

*Wierz-  
bieta de  
pifer*

Ex eodem nido processit in apricum Fameæ

WIERZBIETA de Branice Dapifer Cracoviensis

*Cracove  
Capita  
meus Sa-  
nocensis.*

Immortalitate fatur.

Optimæ nempe gloriæ dapes sunt;

C

Quibus

Quibus magni animi pascuntur ad immortalitatem,

*Gregorius  
Braniccki*

GREGORIVS de BRANICE verè MAGNVS

Cui ad nominis magnitudinem deerat nihil,  
Præter temporis diuturnitatem.

HIERONYMVS ut nomine, ita & re,

DEO & Patriæ SACER.

Tum planè immortalitati nomina consecrantur;

Quando publico Patriæ bono litantur.

*Nicolaus  
Filius  
Hieronymi*

NICOLAUS Martis nutritus;

Qui ut se VICTOREM Populi commonstraret:

Martijs filios innutrivit laboribus:

STANISLAVM & GREGORIVM:

*Stanislavus  
in Aula  
Regis  
Augusti.  
Gregorius  
Venator  
Cracoviensis.*

Vt essent qui nominalem Patris victoriam

Factis, & manu ampliarent.

ANNA de BRANICE, quæ quam in Nomine gerebat  
gratiam

In Templum & Cænobium S. Dominici effudit:

Vel ipsius LVBOMIRSCIANI FLVVII adminiculo.

*Anna  
Braniccka,  
uxor Lubomirscii  
cænobium  
erexit in  
Grodok.*

Ita aurea liberalitas, per aurum flumen,

Appulit ad AVREVM ÆTERNÆ SPEI PROMONTO-  
RIVM

Quid hic memorem GRYPHORVM reliquos,

Memoriæ omni relictos?

Quantumvis ætate, & memoriâ nostrâ superiores

ARCHIPRÆSVLES, PRÆSVLES, PALATINOS,

CASTELLANOS?

*Ex stemate  
Smoboda seu  
Gryph  
Principes  
& senatores  
maximi.*

Quidquid pretiosum POLONIA, VNGARIA,

SERBIA vidit;

Id Illi intra suum nidum VIA SANGVINIS con-

tulerunt.

Nimirum ut Tibi Tuoq: Maximo Parenti conserva-

ren

*Ianislavus  
Archiepiscopus  
Gnezni:  
Gedeo Epi-  
scopo: Cra-  
coviensis.  
Goslavus*

ILLVSTRISSE NEOSPONSE.

Marschalcalis PARENTIS TVI Scipio.

Mensura est Virtutis.

Nisi auream virgam dicere malim,

Quâ quidquid contigerat; aureæ libertatis erat,

Ad

Ad Lydium consilij exploratum.  
 Pretium eius quisquis inquisiverit;  
 Tantum esse sciat; quantum sapientiæ:  
 Cuius vel perexigua portio pondus habet,  
 Regnis integris & Imperijs ponderosius.  
 Nec aurei Salomonis throni aliquid valerent;  
 Nisi illis sapientia assisteret.  
 Tui MAXIMI PARENTIS pretium istud est  
 Quo Patriæ, salutem, sibi immortalitatem compa-  
 ravit.  
 In Arcopagi curiæ illum natum putarem;  
 Nisi Publicæ lucis amantem fuisse scirem.  
 Vidit illum Polonia in toga Catonem;  
 Sed vidit quoq; Dania in Sago Scipionem;  
 Utrobiq; gravem:  
 Sive inter Regales curias consilia daret:  
 Sive inter Martiales incuras ore gladij disciptaret.  
 Egit Marefchalcum Maximus Parens Tuus,  
 Non Regibus modò, at & sibi ipsi.  
 Quocunq; enim publica consilia erant deducenda;  
 Ille præibat:  
 Postquam imprimis prudentiam & Experientiam se  
 qui didicisset:  
 Ratus nequaquam eum præire posse;  
 Qui non prius sequi sciret.  
 Quòcunq; sese converterat;  
 Semper publicam virtutum pompam deducebat.  
 Quas pro Marschalcali officio, ut in ordinem reduce-  
 ret;  
 Per amplissimam Familiæ viam dispersas,  
 Ad se unum convocavit:  
 Imò ex exteris quoq; Regnis collegit;  
 Ut ad Te suarum vitutum Hæredem, eas adduceret;  
 Ius vocis liberæ illis tribuendo:  
 Ut etiam se mortuo, vitam suam perorarent;  
 Et coram TE sui Honoris votum dicerent.  
 Et revera constat in persuadendo fuisse efficaces:

*Episcopus  
 Ploccensis.  
 Suatopel-  
 aus Prefe-  
 ctus Pome-  
 ranie  
 Salomea  
 Suatopel-  
 ci filia Ca-  
 smiri  
 Principis  
 Pradia &  
 Kscicie u-  
 xor.  
 Fennena  
 na Salo-  
 mee filia  
 Stephani  
 Regis Vn-  
 garia u-  
 xor.  
 Marcus,  
 Chaderis,  
 Theodorus  
 Andreas,  
 Palatini  
 Cracoviën-  
 ses.  
 Clemens  
 Castellanus  
 Cracov-  
 niensis,  
 Parens Ill-  
 lustrissimi  
 Mare-  
 schalcus  
 Regni Po-  
 lonie.  
 Arcopagi  
 iudicia fe-  
 bant in  
 tenebris.*

Quas TE Paternæ gloriæ sectatorem effecerunt.

Ivisti Tu Regiâ viâ

Virtutibus & Honoribus trita

Per templum Virtutis ad ædem Honoris.

Sciebas utiq; GRYPHVM olim fuisse Apollini sacrum

Idecirco & Tu totum Te Musis consecrasti;

Auream ætatis auroram ad solem Sapientiæ exporri-  
gens

Apud plerosq; Minerva tenebras amat,

Et tenebrarum amicas noctuas:

*Studia Il* Apud Te Illustrissima semper fuit;

*lustrissima*

Vel inter ipsos sepiæ nigrores:

*Neosponsi.*

Cui Tu illimem sanguinis & morum splendorem affu-  
disti

Non ita literas discebas, & Latina nomina;

Vt non literæ quoq; Tui Nominis magnitudinem dif-  
cerent

Viderunt scholæ, quasi in speculo,

In tersissima mentis Tuæ Indole,

TE esse VIVAM QVANDAM MORVM, & VIRTU-  
TVM VNIVERSITATEM

Non indigus scientiarum, exteras adiisti nationes:

*Visitatio*

*exterarū*

*Nationū*

Quæ Te ad hoc viderunt natum;

Vt viva esses gloriæ Academia.

Quodsi ARS ARTIVM EST, RECTE PRÆCLARE  
QVE VIVERE

Rectam, præclaramq; Maiorum vitam, factis ampliata  
Coram externorum quoq; Regnorum oculis scire cir-  
cumferre

Hæc demum artium suprema est.

Plus Tu exteris domesticæ lucis intulisti;

Quàm ab eis domum efferre posses:

Ex usu videlicet Magnarum mentium;

Quæ postquam plenitudinem Nominis attingunt,

Non amplius quærunt, ut crescere possint;

Verùm ut suo incremento reliquos crescere doceant

Se



Sed iam ab inermi, armatam Palladem calamum con-  
vertamus,

Vt perversum illorum morem expungat:

Qui postquam vni mentem desponsarent;

Vt alteri addicantur; animum prorsus despondent;

Quasi verò non possit aliquis Marti simul servire, & <sup>Signa mi-</sup>  
<sup>litaria Il-</sup>  
arti; <sup>lustris si;</sup>

Aut manus calamo assveta, semper ad capulum tremat.

Gravius subinde est ferrum,

Si ei penna adiungatur:

Nec ipsa iacula bene ferient, si non sint pennata.

Imbibisti Tu CZARNIECII Aui Tui spiritus;

In sanguine Materno GENTILITIA NAVI ad Te de-

vectos:

Atq; ideo ivisti illis Bellonæ itineribus;

Quæ CZARNIECCIANA FAMA victore gladio signa-

<sup>Stephano</sup>  
<sup>Czarnecki</sup>

<sup>Heros Po-</sup>  
<sup>lonus: Paa-</sup>

<sup>vit, latinus</sup>

<sup>Russia,</sup>  
<sup>Auus Il-</sup>

<sup>lustris si mi</sup>

CZARNIECCIANA GLORIA immortalibus factis im-

CZARNIECCIANA dextera Tibi Magno Hæredi inscri-

psit,

CZARNECCIVS IPSE Fortitudini Tuæ tritam fecit,

& publicam.

Scivit nempe Ille Magnus Heros, & Heròum omnium

Caput

Nullū rectius esse iter ad Gloriæ Capitolium;

Quàm per calcata hostium capita.

Hoc & Tu itinere procedere volens,

Præmisisti sub Viennam Martem;

Et Poloniæ, & Viennæ gratiosum.

<sup>Expeditio</sup>  
<sup>militis</sup>

Quid enim IOANNEM III. sequatur, nisi gratiæ?

Præfens tum eras animo,

<sup>Branicci-</sup>  
<sup>ani sub</sup>  
<sup>Viennam</sup>

In valido Militum Tuorum corpore;

Vt quod formâras liberali manu, animares spiritu.

Vidit Vienna, viderunt & sequentes anni veros Ar-

gonautas,

CZARNIECCIANAM, & iam Tuam Nauem,

D

Per



Per profusum hostium cruorem circumducentes:  
Non quòd rapere, & prædari intenderent  
Aureum vellus, Imperij corpori vestiendo accom-  
modum;

Sed quòd ab Orientis Prædone rapi non permetterent.

Atq; hanc gloriæ feracem Argo  
Tu verus Argonauta, per arduas difficultates deportâsti,  
Tuis, Tuorumq; humeris;

Donec in flumine sangvinis scythici deponeres.  
Ivit illa gladijs pro remis usa, ivit secundis velis;

Quò gratiarum Tuarum aurei Favonij propellebât.  
NEC TANTŪ CÆSARIS FORTVNAM; fortunas vide-  
licet Tuas,

VERVM & IPSVM CÆSAREM VEHEBAT.

Ah? si rediret ab umbris (si umbræ sunt in luce gloriæ)  
Novus ille Æneas CZARNIECCIVS;

Qui non Anchisen Patrem, sed Patriam Matrem  
Proprijs ad Immortalitatem extulit humeris:

*Expedi-  
tio Illu-  
strisimi in  
Budziakos  
An. 1606.* Quàm grato oculo Te in Budziakiensibus Campis respi-  
ceret,  
Quos ille cervicibus Moschoviticis, Sueticis, Kozaticis  
fusè inscripserat,

In Te Legeret, vitutis suæ compendium.

Discat orbis illam esse optimam manum,  
Quæ calamo æquè, ac gladio, formare novit gloriæ  
characteres.

Commemoraret sibi Ille ferreum illud sæculum,  
Aureæ Immortalitatis Parens,

Vbi Te ad labores Martios, ferro vel adamante dura-  
tum videret

Durus utiq; est bellorum labor,  
Non aceto, vt Alpes; at crebro sudore molliendus.  
Reduceret sibi ille in mentem Holfaticas & Danicas  
laureas

Vbi in Te earum plantationem jam jam respiceret  
Discant Heròes aureis coronis digniorem esse laureâ  
Auro coronata capita, deposito pileo veneramur;

Si verò aliquod caput lauro coronetur;  
Etiam depositis hostium capitibus fiet adorandum.  
Gustâsti ergo jam CZARNIECCIANAM gloriam,  
Cuius fortes animos cum fangvine exhauseras.  
Nec dubium: quòd pari gloriæ alimoniâ fortitudinem  
nutries

Planè ex officio Archidapiferi Regni.  
Nullæ magis Regno Polono sapiunt dapes;  
Præterquam illæ; quæ coqvuntur fervore bellico,  
Condiuntur fangvine,  
Deferuntur in casside.

Et plerumq; Martius panis ad gustum non venit,  
Nisi proprio sudore maceretur;  
Famâ condiatur,  
Laudis appetitu dulcoretur:

LAVS & FAMA VNICVM est POLONARVM MENSA-  
RVM SYMPOSIVM

Hanc Tibi Martijs æstibus decoxit,  
Curius ille, & Fabius Polonus, Tuus CZARNIECCIVS;  
Per Te Magnum Dapiferum, Posteritati inferendam.  
Abijt ille quidem in vitam meliorem;  
Verùm Tibi partam immortalitatem reliquit:  
In hoc solem imitatus;

Quòd, dum occidit uni orbi, alteri sereniùs oriatur.  
Et verò jam Te in meridie gloriæ conspicamur,  
Vbi in auge BRANICCIANÆ & CZARNIECCIANÆ  
FAMÆ CONSTITISTI.

Caligat ad hanc luccm, Academici Equitis nostri pu-  
pilla;  
Nec audet in ultteriores virtutum Tuarum radios in-  
currere.

Quis enim cælis parem virtutum Tuarum cursum asse-  
quatur,  
Solius SAPIEHANÆ SAGITTÆ cursu mensurandum.

Non patitur crebras oculorum incurfiones  
Suis radijs benè munita virtutum plenitudo:  
Suffecerit Academico Equiti nostro

Dz

Tuo

Tuo Nomini militare.

Brevi ergo titulo omnes alios comprehendit;

Dum Te COMITEM de BRANICE nominat,

*Virtutes* Quem virtutes omnes à Majoribus acceptæ comitantur

*Illustrissimi* Illa LIBERALITAS Majoribus Tuis non minor:

*mi.* Quæ non caput modò & pectus Tibi dedit peram  
plum

At & manus amplissimas,

Beneficiorum & Gratiarum feraces,

Nimirum, LIBERALITATIS AVREVM SEMEN PRO  
DVCIT AVRVM FAVORIS

EX QVA PRODIT MESSIS HONORIS. *Sophocles.*

Vt sol; ita Magnates liberales, & amplissimi esse debēt

Nec ille àereos, nec isti aureos còarctent radios

Illa PRVDENTIA, vel alienis nationibus probata;

Quæ etiam extero cælo relicto ad te concurreret;

Nisi se Tibi esse domesticam sciret.

Antiquissimum BRANICCIIS fuit agere Macedones

Gordias tricas consilij acie dissolventes.

Illa IVSTITIA, in bilance rationis ponderata,

Cuius pondus tantum est; quantum quisq; imposuerit;

Reus, culpæ; insons, innocentia;

Eiusmodi libra Themidi sacra est;

Quam nec humilitas deprimit; nec sublimitas hominū  
elevat.

Illa RELIGIO Patriæ & DEO obligata;

In Patriam fide, in DEVM pietate.

Hæc planè est Gryphorum proprietās:-

Vt Leones, pro Patria vigiles excubare;

Vt Aquilas, ad solem DEITATIS provolare.

*Stematis* Ille CANDOR, Gentilitio Grypho omnino concolor:

*Gryphico-* Qui Te talem palam exhibet in publico;

*lor albus.* Qualem intus formavit in animo.

*Stemma* Habet candida Poloniæ Ales, aptum pectus,

*Poloniæ* In quod breui cum maximis honoribus,

*Aquila* Gravissimorum negotiorum molem reponet.

*alba.* BRANICCIANVM, est à Regibus procedere,

Ad Reges quoq; proximè accedere BRANICCIANVM  
est.

At Tu siste calame,

Nec in Illustrissimas virtutes, atramento tinctum pe-  
dem inferas.

Quid enim virtutum cæteras in catalogum referas?

Quarum ILLVSTRISSIMVS NEO-SPONSVS vivus ca-  
talogus est.

In illo meliùs leguntur; quàm in pagina:

Imò spectantur quasi in imagine.

Erubescit Academia nostra se offerre illi panegyrim;

Qui sibi solus suæ gloriæ sufficiens panegyris est.

Arcta est huic pagina;

Qui laudum omnium fines egressus,

Ad immortalitatem suos extendit titulos.

## GLORIA SAGITTÆ

Concurrite toto orbe Oratores,

Ora omnium deferentes:

Gloriam SAPIEHANÆ SAGITTÆ eloquantur.

Concedet GRYPHVS pennam,

Quâ eam eidem SAGITTÆ inscribatis.

Verùm non eget oris eloquio Gloria, se ipsâ vocalis;

Abaride felicior, suæ Famæ præambula;

Non eget Oratorum accursu gloria.

Ergo saltem breviter definite SAGITTAM Rhetores.

Breve eloquium Magnates decet:

Quorum magnitudo factorum, supplet copiam ver-  
borum

Definietis, reor, GLORIÆ BAIVLAM esse SAGIT-  
TAM SAPIEHANAM

Si definiri potest laus infinita.

Ita sanè Gloriæ baiula est SAGITTA SAPIEHA-  
NA;

E

Quæ

Quæ nunquam aliò declinat;  
Nisi ad Gloriæ domicilium.

Vicem reddit Gloriæ,

Eius portatrix est;

Quia per eam sublimè deportatur:

Et vt altiùs affurgat;

Capita hostium supposuit Fortitudo SAPIEHANA

Viam eius nemo quæsiuerit,

Honoribus, titulisque omnibus pervia est.

PALATINAM dixeris;

Per quam, in omnes Lituaniæ Palatinatus SAPIEHANAE pervenerunt

Ductu senatorij Honoris,

*Omnes*

*Lituaniæ  
Palatina  
tus Sapiet  
hæ habue-  
runt Se-  
natores.*

Viarum ad dignitatem peritissimi.

Tritam & publicam nemo ambigat:

Quam ducentis annis triginta quatuor Senatores calcârunt

In plurima Virtutum & Honorum assistentia.

Virtutis alta figat vestigia est necesse;

Quisquis ad Gloriam vadit.

*Intra du-  
centos an-  
nos Sapiet  
hæ 34. Se-  
natores  
fuerunt.*

SAGITTA SAPIEHANA AVREVS EST STYLVS

Incidendo cedris Heròum nomini aptissimus.

Hoc Heròes Sapiehani utuntur;

Dum Martis jura & mortis

In cervicibus hostium imprimunt,

Ferreo prælo, seu prælio, exprimenda:

Quæ ut peremptorio termino,

*Septem  
Sapiehæ  
erant Du-  
ces Exer-  
citiuum.*

Ad IVS GLADII citarent hostes perimendos:

Septem duces sanguine hostili subscripsêrunt

Tanquam Martij campi Septemviri,

Romanis autoritate graviores.

Legite ætates SAPIEHANVM Nomen;

Nullibi utiq; pulchriùs Heròum nomina scribuntur

Quàm ubi hostes delentur.

Illor

Illorum vitam delere; est scribere suam.

Nosceris ex charactere Fortitudinis

Maxime CASIMIRE SAPIEHA:

Multis namq; prælijs Tuis veritas subscripsit: *Ma-  
nu propria.*

SAGITTA SAPIEHANA est *Mensura Immortalitatis,*

Ex multis hostium mortibus multam famam metiens.

Discite messorum gloriæ Herodes?

Vt vobis copiosa Famæ messis affurgat;

Fundendum esse Turcici & Scythici sanguinis imbrem,

Et quidem in copia;

Neq; tantum dentes (ut Cadmo contigit,

Cuius sementis vix nata perijt; )

Sed ipsa capita Orientalium Draconum esse iactanda.

Illud nempe maximum est Famæ incrementum;

Quod pullulat maximo hostium decremento.

SAGITTA SAPIEHANA est ACHILLIS  
IACVLVM,

Et vulnus inferens, & medicinam.

Grandis jacet toto orbe infirmus,

Ipse Orbis.

Asia præsertim hydrope laborare videtur.

Quoniam multum sanguinis Christiani bibit &  
sitit.

Vulneranda ergo Asia;

Vt integra sit Europa.

O quoties SAPIEHANA SAGITTA sanguinem bi-  
bit Asiaticum,

In sanitatem Europæ?

Discite MARTIALES ægri Orbis MEDICI,

Sanguine minuto, cætera membra sanari.

Hic desiste calame:

SAGITTA SAPIEHANA est HO-  
NORIS CALAMVS.

Hoc calamo Honor dotem CATHARINÆ scri-  
pturus

*Sex erant  
Cancellarii & Pro  
canc. Sa-  
pieba*

Perpetuam dignitatum inscripsit hereditatem  
Quam jam sex figilla publicè obsignârunt  
Publico Fortunæ & virtutis jure firmatam.  
VIRTUTIS MONIMENTO INDIGET FORTVNA,  
ÆTERNITATI CONSERVANDA.

# GRYPHVS SAGITTI- FER

Fortunam Illustrissimis Neo-spon-  
sis portendit.

GRYPHE tenes IACVLVM; Fortunæ tange  
coronam.

Nunquid enim STEPHANO certa CORO-  
NA deest.

L-17  
2-55

